In nomine Domini Amen: praesenti publico
Instrumento notum sit omnibus et singulis evidenter
quod anno Nativitate eiusdem Domini nostri Jesu
Christi supra millesimum Sexcentesimo Septuagesimo
Octavo, Indictione prima, pontificatus Sanctissimi
in Christo Patris ac Domini nostri Dmni Inno-
centy divina providentia Papae Undecimi anno
Secundo, die quidem Jovis tertia mensis February,
intra tertiam et quartam post meridiem horas, in mei
Notary Apostolici, testiumque infranominatorum
ad hoc specialiter vocatorum, habitorum, et roga-
torum praesentia personaliter constitutus Compa-
ruerit Adm. Rdus et Doctmus Dmnus Wilhelmus
Burgers Sacrae Theologiae Licentiatus et pa-
rochialis S.ti Christophori Colonien. Pastor, nec
non Collegiatae Ecclesiae S.ti Luberty in Diet-
kirchen archidioecesis Trevirensis Canonicus, ex-
ponens, qualiter ipse aliunde commode sustentari va-
lens, animo et consilio sane et mature praehabitis
praebendam et Canonicatum, quos in dicta Collegiata
S.ti Luberty in Dietkirchen de praesenti obtinet,

Diözesanarchiv Limburg (DAL)
Signatur: AA/1, Nr. 1

nullo dolo, fraude, aut etiam illicita corruptelâ
inductus, prout tunc ad manus Collatoris dimittere et
resignare vellet et intenderet, prout cum hoc
dimisit et resignavit, Volens hanc suam antedictae
praebendae et Canonicatus sponte, deliberate, et
libere factam dimissionem et Resignationem
ab eiusdem Collatore acceptari, atque de eodem
alteri provideri; —— Acta fuerunt, et sunt haec
Coloniae Agrippinae in aedibus benefati Domini
dimittentis et resignantis sub parochia S.ti
Christophori sitis sub anno Indictione, Ponti„
ficatu, mense et die quibus supra, praesentibus
Venerabili Domino Michaële Sinck presbytero
et Nicolao Knauff testibus fidedignis ad prae„
missa specialiter vocatis, habitis atque rogatis.

Et quia Ego Joannes Adolphus
Frisch Sacris Apostolica et
Imperiali authoritatibus publicus
et approbatus Notarius, praedictis
dimissionis et resignationis actui

praesens unacum testibus interfui, Ita
fieri vidi, audivi, et ad notam sumpsi
Idcirco praesens desuper confectum In-
strumentum in fidem subscripsi, pitzetoque
meo solito subsignavi, specialiter
requisitus.

Joannes Adolphus Frisch
Notarius qui supra

Diözesanarchiv Limburg (DAL)
Signatur: FA/1, Nr. 33

1678

Resignatio præbendæ
in Dietkirchen à Dn
Burgess ad manus proprij
collatoris 1678.

Dietkirchen

Diözesanarchiv Limburg (DAL)
Signatur: FA/1, Nr. 33

In nomine Domini Amen: presenti publico
Instrumento notum sit omnibus, et pateat evidenter,
quod anno a Nativitate eiusdem Domini nostri Jesu
Christi supra millesimum sexcentesimo septuagesimo
octavo Indictione primâ, Pontificatus Sanctmi
in Christo Patris ac Domini nostri, Domini Inno,
centij divinâ providentia Papa Undecimi anno
Secundo, die quidem Martis primâ Mensis ~~[illegible]~~ Februarij
intra tertiam et quartam post meridiem horas in
meâ Notarij Apostolici, testiumque infranominatorum
ad hoc specialiter vocatorum, habitorum, et rogatorum
praesentia, personaliter constitutus comparuerit Adm
Rdus et Doctmus Dnus Wilhelmus Burgers Sacrae
Theologiae Licentiatus, et parochialis Sti Christo,
phori Coloniens. Pastor, nec non Collegiatae Ecclesiae
Sti Lubentij in Dietkirchen Archidioecesis
Treuirensis Canonicus, exponens, qualiter ipse
aliunde commodè sustentari valens, animo et consilio
sanè ex maturè praehabitis, praebendam et Canoni,
catum, quos in dicta Collegiata Sti Lubentij
in Dietkirchen de praesenti obtinet, nullo dolo,

Diözesanarchiv Limburg (DAL)
Signatur: FA/1, Nr. 33

1678

fraude, aut etiam illicitâ corruptelâ inductus, pro-
nunc ad manus Collatoris dimittere et resignare vellet
et intenderet, prout cum hoc dimisit et resignavit
volens hanc suam antedictae Praebendae et Canoni-
catus, sponte, deliberate et libere factam dimissio-
nem et resignationem ab eiusdem Collatore ac-
ceptari, atque de eodem alteri provideri. Acta
fuerunt et sunt haec Coloniae Agrippinae in
aedibus beneficiati dimittentis, et resignantis
sub parochiâ S[anc]ti Christophori sitis, sub anno
Indictione, pontificatu mense, et die quibus supra
praesentibus Venerabili domino Michaële Sinck
Presbytero, et Nicolao Knauff testibus fide-
dignis ad praemissa specialiter vocatis, habitis atque
rogatis:

Et quia Ego Joannes Adolphus Frisch
sacris ap[osto]lica, et Imp[eria]li authoritatibus
publicus et approbatus Notarius
praemissis dimissioni et resignationi
actui praesens unacum testibus in-
terfui, ita feci, vidi, audivi et

Resignatio Canonicatus
in Dietkirchen a
Wilhelmo Buirgers 1678
Pastore S. Christophori Coloniae

Dietkirchen